



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Instrvctio R.P. Ignatii Balsamonis Societatis Iesu,  
Theologi. De Perfectione Religiosa, Et De Vera Recte  
Orandi & meditandi methodo**

**Balsamo, Ignazio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1612**

Cap. XXXV. Quid factu opus in ariditate spirituali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48888](#)

ALIO ORAND. ET MEDIT.

QVID FACTV OPVS SIT  
in desolatione, siue ariditate  
spirituali.

CAP. XXXV.

**O**CTAVVM eò spectat, vt noue-  
rit meditans, quomodo arida-  
tis tempore se habete debeat. Vbi no-  
tandum est, vitam spiritualem, quá-  
uis ut plurimum dulcedine & volu-  
ptate spiritus plena sit, respectu eoru-  
qui totis viribus Deo seruire sata-  
gunt, nihilominus desolationi non-  
nunquam subiectum esse; qua animū  
occupante, homo efficitur aridus, ac  
omni sensibili deuotione spoliatus,  
orationem ac meditationem respuit.  
Existens igitur in tali statu, primum  
cauebit, ne animum abijciat, sed fir-  
ma cum spe & fiducia Dei benignita-  
tem præstoletur, qui, Tobia dicente,  
*post tempestatem tranquillum facit.*

Tob. 3.

Job. 2.

2. Patienter sustineat, & cū S. Job.  
dicat: *Si bona suscepimus de manu  
Dei, mala quare non sustineamus.*

3. Humiliet se coram Deo, quan-  
do-

dōquidem videt se absque Dei auxilio nihil posse; persuadeat sibi quoque, peccatorum suorum causa id eueniisse, illorūque veniam à Deo humiliter postulet. Vti etiam poterit, alijs medijs ad deuotionem perditam recuperandā facientibus, quālia sunt sequentia.

4. Quartum igitur remedium in desolatione sit, assumere pænitentiam aliquam, siue mortificationem corporalem.

5. Examinare solitò diligētius conscientiam, ut tollatur causa mali.

6. Diligentissimis precibus Deo, B. Virginī, Angelo tutelari &c. se commendare. Cauendū verò, ne tēpestatis tempore, bonum aliquod opus, quod antea consueuimus, aut decreuimus agere, omittamus, vel nos netipos & propriam delectationem queramus, sed merum & purum Dei honorem & beneplacitum  
(::)

QVID